nec non Aurum, argentum, puellas, vel transportare te de loco ad locum, absq; impedim.to et probatum est.

Coniurationes ad Thesaura reperienda

Debet Sacerdos per tres dies ieiunare, et abstinere se à peccatis quantum humana fragilitas potest, et in quali Die missam celebrabit p.o de Spu S.to 2.o de B. Virg.e 3.o de Angelis, et terminentur Die Martis vel Jovis Luna crescente intentionem habendo in orationibus suis velle Sp.us constringere, et Thesaurum reperire, ipsumq; ad bonum opus aplicare, postea devote, secrete, et tute vadat ad locum Thesauri, et ponens Gladium magicum, vel lignum Avellanae in Terram ubi Thesaurum reperitur, et circumcirca faciat circulum magicum, vel ut inferius suo loco ostendam rotundum distantia 7. pedum cum dimidio, lignum sit viride et prius benedictum, deinde accenso Cereo benedicto, in purificatione Virginis, et in 4.or angulis Circuli ponatur haec nomina Scilicet in 1.o Gaspar, in 2.o Melchior, in 3.o Baltasar in 4.o Nomen Dei Agla. –

Deinde